

videri: quod hæc & ego suaserim, & tu facere nolueris. Neque magnum est palam facere, commodissima hæc futura fuisse & tibi, & Syracusanis, & Siculis omnibus. Attamen ô amice,<sup>18</sup> si negas te  
18 Cœcludit epis-  
stolā dilemata. dixisse, quæ dixeris, excusationem tuam libenter accipio. Sin autem confiteris, postea ratus sapientē Stesicorum fuisse, palinodiam eius imitatus falsam & mendacem orationem cum certa & vera cōmutato.

## ARGUMENTVM

## epistolæ quartæ.

**H**AEC epistola scribitur post suscepam Dionis expeditionem aduersus Dionysium. Cohortatur autem Dionem ad bene gerendam rem publicam. Summa sic est,

Principes in summo imperio locati virtutem, & virtute claros principes sectari debent:

Dion est in summo imperij loco:

Sectetur igitur virtutem, & virtute claros principes.

Propositio nō exponitur. Initio autem magistri Platonis exemplum discipulo Dioni proponitur:

Viri boni referunt omnia ad veram officij laudem:

Plato in amicitia Dionis id semper egit.

## Plato Dioni Syracusano bene agere.

Epist. 4.

**S**Però tibi omnibus tuis in rebus atq; temporibus cognitā & perspectā beneuelentia & voluntatē nostrā esse, quātūmque laboris atq; operæ in his adhibuerim, vt perficerētur, non alia re magis inductus, quām officij & honestatis cōtentione atq; laude. Iustū enim & ab omnibus prop̄ concessum esse arbitror, vt viriverè liberales & hu-